

# INDEX LIBRORUM,

QUOS  
EX ANNO DOMINI MDCCLXXIII IN ANNUM MDCCLXXIV.  
IN ALMA UNIVERSITATE WIRCEBURGENSI  
PROFESSORES QUATUOR FACULTATUM  
EXPONENT.

## IN THEOLOGIA.

- D. THOMAS GREBNER**, Ss. Theol. Doctor ac Historiae Ecclesiasticae Professor Publicus & Ordinarius, Facultatis Sacrae h. t. Decanus, diebus confertis ab hora tertia pomeridiana ad quartam in Auditorio Theologico explanabit Historiam Ecclesiasticam Universalem & Pragmaticam ex Breviario LAURENTII BARTI, una cum Observationibus Criticis, quae ad Legum Ecclesiasticarum Origines, Concilia & Haereses subortas, Dogmata, Decreta, Scripta Patrum, Hierarchiam ac Disciplinam Ecclesiae pertinent.
- D. THOMAS HOLZCLAU**, Ss. Theol. Doctor, ejusdemque ac Sacrarum Scripturarum Professor Publicus & Ordinarius, a medio nonae ad medium decimae explanabit ex Scripturis divinis Novi Testamenti partem alteram, Epistolae Canonicae & Apocalypsin sic, ut ubique, praemis in Scripturam sacram prolegomenis, Librorum divinitatem, authenticam, analysim cum sensu literali, harmoniam exponat, ac demum controversias reclusas evolvat.
- D. GEORGIUS FRANCISCUS WIESNER**, Ss. Theologiae Doctor, ejusdemque ac Sacrarum Linguarum Hebraicae & Graecae Professor Publicus & Ordinarius, diebus ordinariis a secunda pomeridiana ex editis hujusmodi typi Institutionibus Theologicis explicabit materiam de Sacramentis, videlicet de eisdem in genere ac de septem in specie. Praeterea diebus Lunae ac Veneris a medio tertiae pomeridiana ad horam tertiam tradet elementa Linguae Hebraicae opera R. FRANCISCI WINDEBOSSII edita. Diebus Mercurii & Sabbati eisdem tempore Linguae Graecae notitiam in scholia humanioribus hautiliter ex utraque in eisdem scholia Auctore in memoriam revocare, ac ubi consulum esse videbitur, fundamentis dirigere studebit, utramque porro Linguam Sacrarum Scripturarum interpretationi & utriusque Polemici applicabit.
- D. MICHAEL IGNATIUS SCHMIDT**, Ss. Theologiae Doctor, Historiae Imperii Germanici Professor Publicus & Ordinarius, ab hora tertia pomeridiana ad quartam diebus confertis in Auditorio Juridico tradet Historiam Imperii Romano-Germanici ad ductum Elementorum PUTZERI (vulgo *Strunbini*) in fidei Juris Publici Germanici tam Sacri quam Profani, adhaecque simul, quae ad evolutionem characteris nationum, morum, eruditionis, artium, commercii &c. spectant, omnia ex ipsis hauriendo totibus, eorumque causis & effectibus investigandi.
- D. ANDREAS JOSEPHUS FAHRMANN**, Ss. Theologiae Doctor ejusdemque Professor Publicus & Ordinarius, diebus confertis a medio decimae maturinae ad medium undecimae post praemis de Doctrinae moralis notione, historia, & fontibus prolegomena, explicabit Theologiae Moralis a R. P. EDUARDO VONN publicatae partem secundam, & illa, quae hinc inde in praefato libro mutanda esse videbitur, viva voce tenentur.
- D. FRANCISCUS OBERTHÜR**, Doctoratus Theol. Candidatus & U. J. Licentiatu, Ss. Theologiae Professor Publicus & Ordinarius, a medio octavae ad medium nonae ex Tractatibus hic editis dogmata de Peccatis & Gratia explicabit.

## IN JURISPRUDENTIA.

- Hora tertia pomeridiana diebus ordinariis & medio nonae maturae diebus Martis & Jovis.*
- D. JOHANNES JACOBUS JOSEPHUS SUNDERMAHLER**, U. J. Doctor, Juris Naturae & Gentium, uti & Publici Romano-Germanici Professor Publicus & Ordinarius, Facultatis Juridicae & ius Universitatis Senior, publice in Jus Naturae & Gentium HENRICI ELEMENTI Juris Naturae & Gentium, in Jus Publicum vero Rom. Germ. J. JAC. MASCOVY Principia Juris Publici Romano-Germanici praeterget, & ex eodem quoque Auctore privatim Jus Publicum Romano-Germanicum tradet; neque suam desiderantibus operam in Lectionibus Juris N. & G. privatis denegabit.
- Medio decimae usque ad medium undecimae diebus ordinariis.*
- D. JOHANNES NEPOMUCENUS ENDRES**, Ss. Theol. & U. J. Doctor, Sacrarum Canonum Professor Publicus & Ordinarius, Facultatis Juridicae h. t. Decanus, diebus quatuor Hebdomadae confertis ad duos priores Libros Decretalium, praemis tamen generali & necessaria Juris Ecclesiastici, ejus fontium & principiorum, tum fidei iudicium, praeterget Collegium Universi Juris Canonici P. ENCI, uberes ex Historia Ecclesiastica animadvertiones & inde disciplinae tum antiquae, tum recentioris origines ac vicissitudines partem generales, partim speciales adiunget, atque ita jus hoc maxime practicum systemati & statui publico tum Ecclesiae, tum Nationis Germanicae accommodare straget, ut particularis Juris canonici conclusiones usui forensi accommodatas non omittat. In lectionibus privatis eadem principia ad duobus ANNOXI DE CORVINI a BERGEM secundum ordinem Institutionum exponere; neque suam, exercitatoria ac disputatoria Collegii desiderantibus, operam desisse patietur.
- Diebus Martis, Jovis, & Sabbati hora tertia pomeridiana.*
- D. JOHANNES CHRISTIANUS JOSEPHUS UNGER**, U. J. Doctor, Juris feudalis & criminalis, nec non Praeses supremorum Imperii Rom. Germ. Tribunalium Professor Publicus ac Ordinarius, publicum cum initio Collegiorum publicorum, SAMUELE STAVICII Examina Juris feudalis praeterget. Finitis huius Collegiis, ad expositionem Juris & Processus criminalis, manu ducunt SAMUELE FRIED. BOZIMERO, progredietur; privatim vero petentibus DD. Candidatis eadem & alia omnigeni Juris Collegia tam theoretica, quam practica, horis maxime commodis, ac probabilissimis ex Auctoribus dare, quin & Juridica illos, qui voluerint, Disputationibus exercere, studebit.
- Medio nona diebus ordinariis, & medio octavae diebus Martis & Jovis.*
- D. JOSEPHUS MARIA SCHNEIDT**, U. J. Doctor, Pandectarum & Juris Francici Professor Publicus & Ordinarius, ac Almae Universitatis Fidei, publice & privatim praeterget GOTTL. HANSCOCI Elementa Juris Civiles secundum ordinem Pandectarum: Diebus autem Martis & Jovis Jus Francicum hujus Elementa hujus Juris typis a se vulgata explicabit: simulque Collegium elaboratorium practicum tradet.
- Medio octavae maturinae diebus ordinariis.*
- D. JOSUA JOSEPHUS RIEFFEL**, U. J. Doctor, Institutionum Imperialis, ac Historiae Juris Civ. Rom. Professor Publicus, publice Jo. GOTTL. HANSCOCI Elementa Juris Civiles, privatim quaecumque Juris speciem desiderantibus leget.

## IN MEDICINA.

- Hora Octava.*
- D. JOHANNES PETRUS EHLEN**, Philol. ac Med. Doctor, Praeses Professor Publici & Ordinarius, diebus confertis publice Praesagium ex Institutionibus Celeberrimi BOERHAVII ita praeterget, ut interspersis his, quae Clarissimus GAUSSIUS in illam commentatus est, vers morborum, causarum, & symptomatum natura, distincte & habitu ad se invicem dilucide explanentur, hisque rite praecognitis morborum Diagnostis & medendi ratio non dubia fide stabilatur.

### Hora secunda pomeridiana.

**D. ELIAS ADAMUS PAPIUS**, Facultatis Medicae hoc anno Decanus, Philol. ac Med. Doctor, Botanicae Professor Publicus & Ordinarius, per hyemem ad dictum Celeb. FABRI tradet Jurisprudentiam medicam; per aetatem autem publice in horto academico Botanicae secundum Systema Celeb. LINNAEI demonstrabit; privatim autem p. rgei ad dictum Ill. HALLERI physiologiam ejusdem explicare.

### Hora nona.

**D. FRANCISCUS HENRICUS MEINOLPHUS WILHELM**, Phil. & Med. Doctor, Praeses & Chemiae, nec non Medicinae Clinicae Prof. Publicus & Ordinarius, diebus Lunae, Martis, Jovis & Veneris in Praxi & Cathedra praeterget BOERHAVII Aphorismos de cognoscendis & curandis morbis; nequid vero huic peno desisse videatur, morbos, quos curam tantum delibavit Auctor, hinc deducet, quos vero in opere suo praetermittit, suo quocumque ordine proferet, pertractabit.

In Hospitali Juliano Collegium Clinicum suscipitur, quod singulis diebus hora decima continuatur, ubi in re ipsa versari non sequi tantum, sed & sub ejus ductu sepraxi exercere, Tyrnibus Clinici omnino licebit.

Diebus Mercurii & Sabbati hora nona commentabitur in BOERHAVII Elementa Chemiae. Theoriam Artis ubi expedierit, Praxin in laboratorio Hospitali Juliano faciet.

### Hora tertia pomeridiana.

**D. CAROLUS CASPARUS SIEBOLD**, Phil. & Med. Doctor, Anatomiae, Chirurgiae & Artis obitricariae Professor Publicus & Ordinarius.

I. Per hyemem diebus Lunae, Martis, Jovis & Veneris omnes Anatomicas partes ad dictum Celeb. VITURUM WINSLOW & B.S. ALBINI in Theatro anatomico publice demonstrabit, earumque usum docebit.

Diebus Mercurii & Saturni privatim Desiderantibus in omnes operationes Chirurgicae secundum modernas methodos praebet, eosque non minus ad bene operandum, quam ad Sectiones & Preparaciones Anatomicas super Cadaveribus manducet.

II. Per aetatem Chirurgiam reliquam juxta modernorum institutiones publice ex Cathedra explicabit, & si tempus per hoc fessisse suppetit, ex arte obitricaria delibabit ad dictum DOCHII & ROEDERII vel PLESCII omnia illa, quae non tantum Medico, sed etiam Obitricario fieri sunt necessaria, simulque opportunitatem petentibus occasionem faciet eandem artem practice discendi & exercendi.

Diebus Mercurii & Saturni Collegia privata habebit super factis & super osium morbis, pro quorum faciliori captu peritilem oilium morbosorum collectionem exhibebit.

### Hora prima.

**D. ANDREAS ADAMUS SENFFT**, Philol. & Medicinæ Doctor, Institutionum Medicarum Professor Publicus & Ordinarius, publice tradet hoc anno discendi methodum & physiologiam ad dictum Ill. LINDWIGI.

Futura aetate privatim leget Pathologiam & Semioticam, & si qui sint, qui naturam profundius cognoscere ambiunt, iis Mineralogiam propolitus ex thesauris suo mineris explanabit, aut physiologiam ad dictum Ill. HALLERI exponet.

### Hora septima matutina.

**D. IGNATIUS BARTHOLOMAEUS JOSEPHUS STANG**, Philosophiae & Medicinæ Doctor, Materiae Medicæ Professor Publicus, diebus Lunae, Martis, Jovis & Veneris Praesagium Medicarum historico-physicam, tum generalem, tum specialem publice praeterget, ordinem medicamentorum tam simplicium, quam compositorum, indicationibus therapeuticis unilime accommodatum, & ab eorum partium constitutarum viribus deproptum, ad mentem Cl. CAROL. GUTTIERII PONTII disponet. Nec minus sub finem, formulas medicinales rite coacinnandi, succindam methodum exponet.

## IN PHILOSOPHIA.

### IN MATHESI.

**D. FRANCISCUS HUBERTI**, AA. LL. & Philosophiae Magister, ac Mathematicarum Professor Publicus & Ordinarius, Facultatis Philosophicae h. t. Decanus, praeterget diebus Lunae & Veneris ab hora octava matutina usque ad nonam in Auditorio Physicorum mathesin applicatam, & diebus Lunae, Mercurii, Veneris & Sabbati ab hora tertia pomeridiana usque ad quartam in Auditorio Logicorum mathesin puram cum algebra. Privatas lectiones, siquis has experierint, dicabit tam mathetice purae, quam mixtae. Eisdem offert applicandas aut ad economiam, aut ad medicinam, aut ad forum civile, juxta POLAVICI & UNGERII.

**D. FRANCISCUS TRENTTEL**, AA. LL. & Philosophiae Magister, ac Mathematicarum Professor Publicus & Ordinarius, eisdem isdem diebus & horis alternando praeterget. Privatas praeterea lectiones, siquis eas voluerint, dicabit Astronomiae, juxta CELEB. DE LA CAILLE.

### IN PHYSICA THEORETICA.

**D. NICOLAUS BURKHAEUSER**, AA. LL. & Philosophiae Magister, ejusdemque Professor Publicus & Ordinarius, diebus Lunae, Mercurii, Veneris & Sabbati ab hora nona matutina ad decimam, & ab hora secunda pomeridiana ad tertiam ex Institutionibus physicae Celeb. LEONOLDI BIVALDI explicabit generales proprietates corporum, leges motuum, naturamque & vires corporum: itenique varias classes, naturasque & motus, atque ordinem artium: naturam elementorum, qualitatumque sensibilibus, naturas animalium & plantarum, ceteraque ad Physicam particularem pertinentia.

### IN PHYSICA EXPERIMENTALI.

**D. AMBROSIIUS EGELL**, AA. LL. & Philosophiae Magister, ac Physicae experimentalis Professor Publicus & Ordinarius, diebus Mercurii & Sabbati ab hora octava matutina usque ad nonam, & isdem diebus, uti & hanc ac Veneris ab hora tertia pomeridiana ad quartam in Auditorio Physicorum, post expositionem in lectionibus publicis rite experandi methodum, primo experimenta explicabit generales proprietates corporum, leges motuum, naturamque & vires sensibilibus ea, quae ad generales & speciales corporum affectiones pertinent, experientia illustrabit, juxta normam & ordinem Auctoris, ex quo theoriam Physicae praeterget. Semetipso altero Aerometram, Hydrostaticam, Hydraulicam, Mechanicam, Opeticam, Dioptricam, & Catoptricam explanabit ex Institutionibus BLASII HESNERI. Per aetatem petentibus institutionem privatam faciet in museo experimentalium.

### EX LOGICA ET METAPHYSICA.

**D. COLUMBANUS ROESSER**, O. S. B. Professor in Bana, Philosophiae Professor Publicus & Ordinarius, diebus Lunae, Mercurii, Veneris & Sabbati ab hora nona matutina usque decimam, & a secunda pomeridiana usque tertiam explicabit institutiones logicas & metaphysicas a R. D. BENEDICTO editas.

### IN HISTORIA PHILOSOPHICA ET PHILOSOPHIA PRACTICA.

**D. NICOLAUS STEINACHER**, Doctorat. Theolog. Candidatus, atque AA. LL. & Philosophiae Magister, ejusdemque Professor Publicus, diebus Lunae, Mercurii, Veneris & Sabbati ab hora octava matutina ad nonam in Auditorio Logicorum leget historiam philosophicam ex opusculo a se elaborato; hae fuit in schema philosophiae practicae a se elendum commentatur.